

mendatione suscipiat. Si qua igit̄ ecclesiastica secularisue psona nostre confirmationi huic et constitutiōi vestre temeritate aliqua obuiare psumperit / tanq̄ religionis et q̄etis monastice perturbatrix/auctoritate btōꝝ petri et pauli / et nfa donec satisfacient/excoicatiōis gladio ferias. Qui vero cōseruator extiterit, oipotētis dei et aploꝝ eius bñdictionē et gratiā consequat. Interdicimus aut̄ ne quis puersos laicos / vel pfessos vestros ad habitandū suscipiat. Ego Lalist⁹ catholice ecclesie ep̄s pfirmavi et. S. Datū sedeloci p manū Brisogoni sc̄e. R. ecclie diaç. cardinal' ac b ibliotecarij. x. kl. Iasi. Indic. xiiij. Incarsū. dñice Anno AB.c. xix. P̄tificat⁹ aut̄ dñi Lalisti sc̄di pape. anno. j.

**P**riuilegium dñi Eugenij pape. iij. de eo  
q̄ confirmat cartā caritatis / et consuetudi-  
nes ac statuta ordinis cisterciēn / cum qui-  
busdam alijs specialibus gratijs.

**E**ugenius Ep̄us seruus seruorum  
dei. Dilectis filijs So-  
thonio cisterciēn / et ceteris fratrib⁹ ac mona-  
chis / ta p̄sentib⁹ q̄ futuris regularē vitā / et ci-  
sterciēi ordinis statuta professis impetuū.  
Sacrosancta romana ecclia sic in btō petro apo-  
stolo vñ p̄ncipe a dño pmissionē obtinuit / qđ  
vniuersalis ecclesie fundamentū existeret / et  
pceptū accepit vt christiane fidei pfessores in  
fide / religiōe omniq̄ sanctimonia cōfirmaret / ita p vniuersa-  
rū ecclesiaz pfectib⁹ sollicitā se semp exhibuit / et de instituen-  
do / pseruādo / et puehendo in oibus ecclesij / cultu sacre religio-  
nis fuit omni tēpore studiosa. Ut et ab ea sicut a fonte ad vni-  
uersos ecclie filios sit religio deriuata / et qđ ab alijs q̄ spirit⁹  
pmitias acceperūt / religiose ac salubriter institutū est p eandē  
imutabilē acceperit firmitatē. Inde est dilecti in dño filij qđ sa-

cre religionis vfe opinione tanq; odore agri pleni/ cui bñdixit  
dñs/puocati/religiosis postulationib; vestris benignū impti  
mūr assensū/ t regulares institutiones vras auctoritate aplca  
cōfirmamus. In quib; sub certis capitulis que inferi<sup>9</sup> anne-  
xa sunt decreuim<sup>9</sup> exprimēda. Statuistis equidē inter vos ne  
in alicui<sup>9</sup> antistitis diocesi/ordinis vestri abbatia fundet/ do-  
nec ipe antistes/decretū qd inter ecclesias ordinis vestri ad cu-  
stodiā discipline firmatū est/ratū se habere pmittat. Et vt in  
omnib; monasterijs de ordine vestro sicut i cisterciē ecclesia  
beati Benedicti regula ppetuis tēporib; obseruet/ t in lectio-  
nē ipius nullus ordinis vestri pffessor pter simplicē t cōmunē  
intelligentiā/quelibet aliū sensū inducat/sed vniiformiter/ t sic  
queq; diffinita noscunt/ itelligat ab omnib; t uiolabiliter ob-  
seruet. Easdēq; penitus obseruātias/cundē cantū/ t eisdē li-  
bros q ad officiū ecclasiasticū ptnēt p vniuersas ecclesias vfi  
ordinis teneatis/nec aliqua oīno ecclasiavel psona ordinis ve-  
stri aduersus cōmunia ipsius ordinis istituta pprivilegiū a quo-  
libet postulare audeat/vel obtentū quolibet retinere. Ordina-  
tū est etiā inter vos/ vt oēs abbates de ordine vestro singulis  
annis ad generale capitulū cisterciē omni postposita occasi-  
one cōueniat illis solis exceptis/quos a labore vie infirmitas  
corpis retardauerit/qui tñ idoneū nūciū delegare debebūt/p  
quē necessitas remoratiōis illoꝝ valeat capitulo nūciari/ t il-  
lis itē exceptis qui in remotiorib; partib; habitātes sine gran-  
di t euidenti difficultate se nequerint capitulo psentare. Qui ni-  
mirū eo termino veniēt/qui eis in ipso fuerit capitulo cōstitu-  
tus. Preterea si aliqua cōtrouersia inter quoslibet abbates de  
ordine vestro emeruerit/vel de aliquo illoꝝ tam grauis culpa  
fuerit ppalata/vt suspensionē aut depositionē etiam mereat/ t  
quicqd inde a caplo fuerit canonice diffinitū/sine retractatiōe  
aliq; obseruet. Deinde in sumario psequit pncipaliora pun-  
cta carte caritatis/ Et circa finē addit q sequūtur. Personā  
aut de alio ordine nulla ecclasiū vras sibi eligat in pastore/  
sicut nec vestri ordinis aliquā monasterijs alijs statuistis ord-  
nari posse abbate. Hec nimirū dilectissimi filij de multis instiū

titionib<sup>o</sup> ordinis vestri excerptis<sup>m</sup>/ et p̄p̄l̄is curauimus capi-  
tulis designare. Quia vero singula q̄ ad religiōis pfectū/ et ani-  
marū salutē regulariter ordinasti/ p̄sentī abbreviatiōi neque  
rūt annecti/ nos cū his que p̄scripta sunt oia que cōtinētur in  
carta vestra que appellat caritatis/ et quecūq; inter vos religio-  
nis intuitu regulariter statuisti/auctoritate apostolica roboram<sup>m</sup>/  
et vobis vestrisq; successorib<sup>o</sup>/ et omnib<sup>o</sup> q̄ ordinē vestrū p̄fessi  
fuerint iuiolabiliter ppetuis tēporibus decernim<sup>m</sup> obseruan-  
da. De cetero q̄ p̄positū firmū habetis habitatiōis vestre lo-  
ca extra cōversationē seculariū eligēdi/grāgias vestras sicut et  
atria ecclesiarū/a prauorū incursu ac violentia liberas et qetas  
fore statuim<sup>m</sup>/ tvt nullus ibi hominē cape/spoliare. verberare/  
aut rapinā exercere p̄sumat/in virtute sanctispirit<sup>m</sup> inhibētes.  
Sanctiētes etiā/ vt ppter cōmunia/interdicta terraꝝ/nulla ec-  
clesiarū vestrarū a diuinis cōpellat officijs abstinere/ sed liceat  
at omnib<sup>o</sup> de ordine vestro/excōicatis / et iterdictis/eiecti/clau-  
sis ianuis/summissa voce/fratrib<sup>o</sup> suis diuina celebrare solen-  
nia. Interdicimus itē ne aliqua oīno psona fratres ordinis ve-  
stri audeat ad seclaria iudicia/puocare/ sed si quisq; sibi aduer-  
sus eos aliquid crediderit de iure cōpetere/sub ecclesiastici iu-  
dicis examine experiēdi habeat facultatē. Decernim<sup>m</sup> ergo ut  
nulli aliqui liceat his que in hac pagina ex auctoritate apostolorū  
pncipis a nobis p̄firmata et cōstituta sunt ausu temerario con-  
traire/ac nostre hui<sup>m</sup> sanctiōis vigorē aliqua p̄sumptiōe infrin-  
gere. Si quis aut̄ hoc attēptare p̄sumperit/ et culpā suā satis-  
factiōe cōgrua cōtempserit emēdare diuine aiaduersionis iu-  
dicio se nouerit subiacere. Lūcta aut̄ ista seruātibus sit gratia  
et pax a deo ac dño nostro iesu christo. Quaten<sup>m</sup> et hic fructum  
pie deuotiōis et actionis bone p̄cipiant/ et apud supmū iudicē  
premia eterne pacis inueniāt. Amen.

Ego Eugenius catholice ecclesie ep̄us. S.

Ego Imarus tusculanus episcopus. S.

Ego Hugo hostiensis episcopus. S.

Ego Hubaldus p̄sbyter cardinalis titul. sancte Praxedis. S.

Ego Aribertus p̄sbyter card. titul. sancte Anastasie. S.

Ego Rolandus p̄b̄r card. titul. sancti Ābarci. S.  
 Ego Gerardus p̄b̄r card. titul. sci Stephani in celio m̄ōte. S.  
 Ego Johānes p̄b̄r card. titul. sctōꝝ Johānis et Pauli. S.  
 Ego Henric⁹ p̄b̄r card. titul. sctōꝝ Nerei et Achillei. S.  
 Ego Johānes p̄b̄r card. titul. Equitū. S.  
 Ego Otto diāc card. sancti Georū ad velū aureū. S.  
 Ego Guido diāc card. sancte marie in porticu. S.  
 Ego Johānes diāc card. sanctoꝝ Sergi et Bachi. S.  
 Ego Ildebrādus sancte romāni ecclesie diāc card. S.  
 Ego Gerardus sancte romāni ecclesie diāc card. S.  
 Ego Odo diāc card. sancte romāni ecclesie. S.  
 Ego Bernardus sancte romāni ecclesie diāc card. S.  
 Datū sigmē p̄ manū Bosonis sancte romāni ecclesie scriptoris  
 kl. augusti. Indic. xv. Incarſi dñice anno AD. liij. Pontificat⁹  
 vero domini Eugenij pape. iiiij. Anno octauo.

Dominus Anastasi⁹ pp. iiii. oīno similē cōcedit et donat cō  
 firmationē. Excepto q̄ in fine circa celebrationē diuinorū offi  
 ciōꝝ tēpore interdicti sic dicit. Sanctiētes etiā vt ppter cōmu  
 nia interdicta terrarū nulla ecclesiarū vestrarū a diuinis com  
 pellat officijs abstinere. Interdicim⁹ itē ne aliqua oīno pso  
 na fratres ordinis vestri audeat ad secularia iudicia p̄uocare/  
 sed si quisq̄ sibi aduersus eos aliqd crediderit de iure cōpete  
 re sub ecclesiastici iudicis examine experiēdi habeat facultatē.  
 Decernim⁹ ergo vt nulli oīno liceat hanc paginā nostre cōfir  
 matiōis infringere/vel p̄scriptas institutiōes vestrarū ausu te  
 merario violare. Si quis aut̄ hoc attēptare p̄sūpserit indigna  
 tionē oīpotētis dei et beatoꝝ Petri et Pauli aploꝝ ei⁹ se no  
 uerit incursurū. Et p̄ noīa ipsi⁹ sūmi pontificis et xiiij. dñi  
 rū cardinaliū signantiū et approbatiū ponit sic. Datū latef p̄  
 manū Rollandi sctē romāni ecclesie p̄bri card. et cancell. v. Idus  
 decembris. Indic. iiij. Incarſi dñice anno AD. c. liij. Pontifica  
 tus vero dñi Anastasi⁹ pape. iiiij. Anno primo.

Domin⁹ Adrianus pp. iiii. oīno similē in eadē forma cōfe

cit confirmationē/sicut p̄missa Anastasij.iiiij.

Ad idē dñs Alexāder pp. iij. q̄ circa mediū/hāc addit clam:  
Electus aut̄ nulli archiepoꝝ vel epoꝝ emācipatus / vel quass  
absolutus trādat/sed nec post factā archiepoꝝ vel cpo suo pfes  
sionē occasione eius ordinis sui constitutiones transgrediat/  
vel in aliquo p̄uaricato eius existat.

Eiusdē dñi Alexandri pape. iii. vbi multe  
monasterij filie cistercijs īdīstincte cū alijs  
cistercijs possessiōib⁹ ⁊ iurib⁹ enumerant/  
in quo apparet summa filiarū ⁊ mēbrozū  
ad matrē sicut aliarū possessionū ⁊ merio.

**A**lexander Epus seru⁹ seruox dei.  
Dilectis filijs Silleber-  
to abbati cistertieni monasterij/eiusq; fratrib⁹  
tam p̄sentib⁹ q̄ futuris regularē vitā pfessis  
imppetuū. Religiosam vitā eligentib⁹ aplīcū  
cōuenit adesse p̄sidiū/ne forte alicui⁹ temerita  
tis incursus eos aut a p̄posito reuocet /aut ro  
bur /qđ abſit/sacre religiōis infringat. Eapro  
pter dilecti in domino filij vestris iustis postulationib⁹ clemē  
ter annuim⁹ ⁊ prefatum monasteriū in quo diuino mancipa  
ti estis obsequio sub beati Petri ⁊ nostra protectione susci  
pim⁹ ⁊ p̄ntis scripti p̄uilegio cōmunim⁹. Statuētes vt q̄scūq;  
possessiones/quecūq; bona idē monasteriū in p̄sentiarū legi  
time possidet/aut in futurū p̄cessione pontificū/largitione re  
gū vel principū/oblatione fidelii⁹ /seu alijs iustis modis deo  
ppitio poterit adipisci/firma vobis vestrisq; successorib⁹ ⁊ il  
libata p̄maneāt. In quib⁹ hec p̄prijs duxim⁹ exprimēda vo  
cabulis. Locū ipsū de cistercio cū terris/ pratis/ aquis/ siluis/  
pascuis ⁊ omnib⁹ p̄tinētis suis. Abbatiā de firmitate/Abba